

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

CXVIII. Stando concionetur, nisi aetas ingravesens, aut morbus sessionem ipsi
imperet.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

CXVIII.

Stando concionetur, nisi aetas ingra-
vescens, aut morbus sessionem ipsi
imperet.

Εὐρησις.

Ratio Moniti est; quia statio non solum in
Ecclesiâ omni tempore usitata fuit, sed
etiam quia Actioni magis apta est, quam sessio.
Salvator quidem communiter sedendo docu-
isse videtur; sic Luca IV. 16. 20. sequutus con-
suetudinem Synagoga legens stetit, & docens
sedens. Comenim textum ex Esaiâ Propheta
stando praelegisset, complicuit librum & reddi-
dit Ministro, sive Custodi librorum sacrorum,
quo facto sedit & praelectum textum pro con-
cione Auditoribus exposuit. Sic & in montē
Olivarum populum sedendo docuit, Marc.
XIII. 3. Concionatus etiam est sedens ex ad ver-
so gazophylacii, Marc. XII. 41. & in ipso Ga-
zophylacio, Joh. VIII. 20. conferatur Matth.
XXIII. 3. & Joh. VIII. 2. Videntur etiam Phari-
saee sedendo docuisse, cum Christus de illis pro-
phanciet, quod in Cathedrâ Moſis sedeant,
Matth. XXIII. 2. Sessio illa pro concione apud
antiquos etiam Oratores fuit recepta. Unde
illo-

JIVXO

illo-

illorum Cathedra à sedendo *(anò rē nade qd)*,
 quod in illis sedendo perorarent, dicta sunt.
 Hodie verò sessio non nisi in certis casibus lo-
 cum habet. Dominus Jesus autem etiam in-
 ter dū stando conciones habuit, ita Johan. VII.
 37. dicitur steterisse & clamasse; *Si quis sitit, veni-
 at ad me & bibat.* Et Luc. VI. 17. in loco cam-
 pestri steterisse & discipulis predicasse legitur.
 Thomas in Joh. cap. VII. scribit; *Christus do-
 cuit sedens & stans, sedens quidem discipulos,*
Matth. V. stans autem turbas, ut hoc loco, &
ideo inolevit consuetudo in Ecclesiā, ut turbis
*predicaretur stando, Religiosis verò & Clericis se-
 dendo.* Sed fallitur & fallit Doctor Angelicus,
 dicit enim Christus Matth. XXVI. 55. *se quoti-
 die sedendo docuisse in templo,* ubi non solum
 discipulos, sed etiam turbas docebat; Et sedens
 docuit de naviculā turbas, Luc. V. 3. conf. Marc.
 XIII. 3. Apostoli plerumque stando conciona-
 ti sunt. Hinc cum Apostolus in Juda Predico-
 ris locū surrogari debebat, Petrus in frequen-
 ti hominū concione surrexit, & oratione gra-
 vi rem tractavit, Act. I. 15. Sic quoque Act. II.
 14. *scilicet stans* Petrus sermonem ad popu-
 lum habuit. Et Act. V. 20. Angelus Domini
 captivos Apostolos vinculis exemit, iussitque,
 ut irent à carcere ad templum, à vinculis ad ca-
 the-

thedram, & stantes docerent populum πᾶν τὰ
 τὰ πρῶτα τῆς ζωῆς, omnia verba vitæ, sive to-
 tum Evangelium, quod & fecerunt, vers. 25. Si-
 militer Paulus in Synagogâ Antiochena post
 Lectionem Legis & Prophetarum surrexit &
 concionatus est, Actor. XIII. 16. Hæc est prima
 Pauli Concio à Spiritu S, literis mandata, quæ
 totius Scripturæ dici potest *brevis Epitome* ob-
 servante D. Petargo Comment. in h. l. pag. 276.
 Sed & sedisse Apostolos pro concione, alicubi
 legimus, nam Actor. XVI. 13. Paulus Philippis
 extra urbem juxta flumen, ubi Christiani ad pu-
 blicas preces convenire solebant, confedit, &
 mulieribus, quæ convenerant, concionatus est.
 Ast sessio fuit rarior, statio frequentior; Hinc
 consuetudo jam olim introducta, ut scil. à stan-
 tibus conciones fiant, in nostris templis adhuc
 perseverat. In primitivâ verò Ecclesiâ, Con-
 cionatores stantes ad populum verba fecisse,
 multa sunt testimonia, sed pauca sufficiant;
S. Augustinus Tract. XIX. in Joh. Nostis,
 inquit, *Fratres*, quia ad panem ventris
 cum labore pervenitur, quanto magis ad
 panem mentis, cum labore statis & au-
 ditis, sed nos majore stamus & loquimur,
 Et *S. Chrysostomus* Homil. XVI. ad popu-
 lum Antiochen. Nisi multam à patribus
 necessitatem sustinuissem, neque surrexissem
 neque

ET INSTRUCT. CATHEDR MON. CXVIII. 689
neque locutus fuisset. Et Homil. XXXII. in
Matth. ait; *Causa tui Presbyter sedet, causa tui
rectus stat doctor &c.* Sed & sedisse aliquando
pro Concione Doctores, suo exemplo docet
Augustinus Homil. 49. de diversis; *Ut ergo, in-*
quit, vos non diu detineam, presertim, quia ego
sedens loquor, vos stando laboratis. *Nicephorus*
lib. XIII. cap. 4. dicit, *Chrysostomum* verba fe-
cisse *sedentem in ambone.* *Ambrosius* aster Com.
in 1. Cor. XIV. scribit, suo ævo moris fuisse, ut
Seniores in Cathedris sedentes disputent. Hinc
patet, modo sedisse, modo sterisse olim Conci-
onatores; Communiorem tamen fuisse mo-
rem, ut stantes ad populum verba facerent, nisi
vel senectus, vel infirmitas stare non permitte-
ret. Nam illud ex *Augustino*, postremo loco
allatum, videtur excusatio quædam, quod fede-
ret, tanquam præter morem. Unde & hodie
illis, quibus per morbum aut ætatem stare in-
commodum, ut inter concionandum sedeant,
permissum est. Oportet etiam capite sermo-
nem ad populum habere licet, si hoc valetudi-
nis ratio requirat, & suspicio superbiæ, molli-
tiei, aut singularitatis absit. Nec obstant verba
Apostoli 1. Cor. XI. 4. *Omnis orans aut prophe-*
tans velato capite, probro afficit caput suum.
Neque enim hisce verbis certum & immutabi-